Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8302
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ne pp talem uitam ab Imperatore deficeret: atq cum
uereretur, ne illo aliquid patiente in priuatam rursus
uitam redigeretur: Suadere cepit, filium Leuem
& intemperatum aliquem deponendum: Cesarem uero con- Cesar.
sobrinum eius: Nepotem suum ex altera filia Mamea
natum, Cesarem esse declarandum. Quare filio
se gratificans dicit: Illum sacris & religioni diuinum
uacare oportere: Bacchanalia & orgia atq diuina
opera curare: Adesse alterum qui humana disponat:
Cui ille Imperij molestiam tradat: & ipse animum
relasse. Neq, externum querere oportere: neq
alienum quenq: sed consobrino suo ista committere.
Is Alexianus cognominabatur: & uocabatur Alexander: Alexianus .i. Alex.
Tradito sibi aui nomine tanquam Macedonis: & ubique
clari celebratique. Adhec et Antoninum Seueri
filium per Strupum, ambarum Mese filiarum uideri
patrem. Anus ipsa pp hoc Milites obseruabat:
ut Pueros diligerent: Qui illius filij uiderentur.
Quare Alexander Cesar declaratur & cum ipso Alex. Cesar fcus.
Antonino Consul: Qui descendens in Senatum hec Antoninus.
ridicula Senatus Consulto approbauit: Cum omnes
id ipsum: quod edixerat suis suffragijs comprobassent.